

EPISTOLA

de eo: (dummodò Ius suum à turpi
hac aspergine purgatum cupiant)
cordati & Christiani Iurisconsulti
viderint. Nobis ad id, de quo dicere
ceperamus, redeundum nunc fuerit.

Repetit ergò fictitius iste Benz
bellona præcipua illa notoria com-
menta, & narrationes datâ operâ
confictas, quibus Calviniani Augu-
stanam Confessionem sensu Calvi-
niano scriptam & exhibitam esse,
sub fucata veritatis historicæ specie,
& sibi & aliis, cum primis verò viris
Principibus, persuadere conantur.
Nam Sectione 2. capite decimo,
pulchellos istos flosculos Autor iste
de Confessione Augustana protulit;
pag. 62.

1. *Temporis causa, & pro illo tem-
pore à Philippo Melanchtone Principum,
qui adventu Imperatoris erant per terre-
facti, iussu, delineata potius, quàm tota
per scripta Confessio & data Casari fuit.
Sua tamen sibi retenta libertate, ut
istius Confessionis verbis astricti non
essent: & ne ex hac contra se disputarent.*

2. Ele-